



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De figuris in velitatione, & certamine. Capvt XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

maleficiorum conuictam putabant. Quo pacto: quoniam quam impudicam iudicabant, eam veneficij quoque damnatam existimabant. Quid ita? quia necesse est eam, qua suum corpus addiderit turpissimae cupiditati, timere permultos. Quos istos, virum, parentes, ceteros, ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est, ut quoquo modo possit, veneficio perat.

Ratiocinatio concisissima, aptissima.

Haec figura habet multum τὸ πρακτικόν, & ad docendum, demonstrandumque efficacissima est, & valde popularis.

De figuris in velitatione, & certamine.

C A P V T XXIV.

Prolepsis varia genera.

Prolepsis est occupatio obiectionis, cuius varia sunt genera.

Modo concisa est, ut:

Estio ipse nil potest, at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis, & disertis.

Modo ampla, & magnifica. Itemque irrisione amarulenta, in proponenda aduersarij oratione, qualis est illa;

Triu. Ver. num. o.

Quid agam, Iudices, quod accusationis meae rationem conferam: quod me vertam? ad omnes enim meos imperus, quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur: noui locum, video vbi se iactaturus sit Hortensius, belli pericula, tempora reipub. Imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo iure contendere, ne patiamini talem Imperatorem Pop. Rom. Siculorum testimonijs eripi, ne obteri laudem Imperatoriam criminibus auaritia velitis.

Modo expeditionem habet adiunctam, vestigar, tentat, capit, omnes aduersarij rationes breuiter subijcit, diluitque cum dexterritate, ut illa:

Cic. 4. ad M. Brum.

Quare igitur vnde iste tam pecuniosus sit factus: amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt. Haereditas aliqua obuenerit: non potest dici: sed etiam a necessarijs omnibus exhaereditatus est. Praemium aliquod ex lite, aut iudicio cepit: non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi spofione vincetus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis, aut isti domi nascitur aurum, aut vnde non est

licitum pecunias accepit, & tunc appellatur subiectio: qua vsus Philo de legatione ad Caium, τὸ γένεσθαι ἐν ἐξέτασιν, pag. 783. & car.

Argutissima species subiectio.

Modo per anaphoram, & homaeopora vibratur, qualis est illa omnium argutissima de Harusp. resp. Tu meam domum religiosam facere potuisti, ecqua mente? qua iniuascras, qua manu? qua disturbaras, qua voce? qua incendi iusseras, quale lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras, quo puluinarum quo stupraras, quo finitachro: quod ereptum ex meretricis simulachro, in Imperatoris monumento collocaras.

Suffentatio

Suffentatio est dicti suspensio ad maiorem Demosth. attentionem, ut illud Demosthenis. pro Corn.

Βέλομαι δὲ, καὶ παρὰ δόξαν εἰπεῖν, καὶ μὴ πρὸς Δίος, καὶ θεῶν μὴ εἶναι τὴν ὑπερβολὴν θεωμοσῶν. Cupio autem quidpiam admirabile dicere, & quaeso pei Deos, ne quis hanc miretur dicendi insolentiam.

Et Cicero, Audite, audite Consulem, Iudices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam totos dies, atque noctes de republica cogitatem.

[I]lla maiestatis plena est: haec acris, & expedita.

Cic. 4. in Verr. 106.

Cognitorem adscribit Scenio: quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non Themitanum aliquem, honestum hominem, ac nobilem: id quidem: at Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset: imminet. Quid igitur? eiuem Romanum, cui hoc probari potest? cum esset Sihenius eiuem: tunc suae nobilissimus, amplissima cognatione, pluriimis amicitijs, cum praeterea tota Sicilia multum auctoritate, & gratia posset, inuenire neminem siculum potuit, qui pro se cognitorem fieret: hoc probabitur? an ipse eiuem Romanum maluit? cedo: cui Siculo cum is reus fieret, cuius Romanus cognitorem factus vnquam sit.

Vides, ut in ratione variatur, & venustatur. Ista minus habet acrimoniae, sed plus expectationis.

Etismnum mihi expectare videmini, Iudices, quid deinde factum sit? quod iste nihil vnquam fecit sine aliquo quaestu, atque praeda, quid in eiusmodi re fieri potuit, quod commodum est: expectate facinus, quam vultis improbum: vincam tamen expectationem omnium nomine sceleris, coniurationis quoque dam-



damnati, ad supplicium traditi, ad palum al- ligati, repente multis millibus hominum in- spectantibus soluti sunt, & Leonide illi domi- no redditi. Alias iuvat transitiones, vt.

Quid deinde furcifer, quod progreditur &. Venio nunc ad illud aureum nomen Chryso- goai.

Licentia.

Demosth. Licentia est *ῥησιμότης* libertas, & fiducia lo- quendi, quo genere abundat Demosthenes, vt *ἔτε δὲ δαίμα μὴ βλάβος φημι πρὸς εἶπέν ἀληθὲς ᾧ ἦ.* Vereor ne quid dicam odiosum, sed om- nino verum. Acris est, ac amarulenta.

Cic. Phil. Altera excelsa, quid de reliquis reip. malis licetne dicere? mihi verò licet, & semper li- cebit dignitatem tuam, mortem contemne- re.

Tertia, lenis est, quæ videtur exerere acu- leos, cum aliqua acrimonia, quam mulcet, & mitigat, vt.

Cic. Phil. Vos enim (Patres conscripti) graue di- citur est, sed tamen dicendum, vos, inquam, Seruium Sulpitium vita priuastis, quem cum videretis se magis morbo, quam ora- tione excusantem, non vos quidem crudeles fuistis, (quid enim minus in hunc ordinem conuenit) sed cum speraretis nihil esse, quod non illius autoritate, & sapientia effici pos- set, vehementius excusationi obstitistis, at- que eum, qui semper vestrum consensum grauissimum iudicauisset, de sententia dei- cistis.

Quarta, adulatoria, quæ simulat liberta- tem, cum tamen ea dicat, quæ auditoribus seir esse gratissima, talia sunt illa pro Liga- tio, vide quam non reformidem, vide quanta lux liberalitatis, & sapientie tuæ, mi- hi apud te dicenti oboriatur.

Communicatio.

Vfus com- Communicatio est, quasi cum ipsis, apud municatio- quos dicas deliberatio. Aptæ ad purgatio- nis. nem figura, in qua multum est probabilitatis. Cic. pro Ego pro te nunc consulo post tempus, in alie- Quin. na re, quod tu in tua re, cum tempus erat, con- sulere oblitus es. Quæro abs te Cai Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle va- didimonium mihi, non obijt quidam so- cius, & affinis meus, qui cum mihi necessitu- do vetus, controuersia de re pecuniaria, recens intercedit: postulone à Prætoris, vt eius bo- na mihi possidere liceat: an cum Romæ do- mus eius, vxor, liberi sint, domum potius

denuntiam? Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto si recte vestram bonitatem, atque prudentiam cognoui, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsum: primum expectare, deinde si liti- tare, ac diutius ludificare videatur, amicos co- uenire, quærere quis procurator sit, domum denuntiare: dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam, ac necessariam de- uenire.

Concessio.

Concessio est in dictis, sicut permissio in factis.

His quidem figuris videmur aliquid ad- uersario concedere, quod tamen nihil contra rem nostram facit, immo ex fiducia nostræ æquitatis, & abundantia rationum proficietur.

Adiunctam vt sæpius habet paralepsim, *Varia con- quæ nos multa, & ea aliquando grauiora, præ- cessionis* terire fingimus, vt ad maiora veniamus, sic: *forma.* Verum hoc quoque vobis remitto, negligi- *Cicero's.* te præterita si vultis, sed ne reliquas spes tur- *Verr. III.* betis, atque omnes prouincias euertatis. 219.

Hæc expedita. Confringat iste sanè vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium per- rumpat, euolet ex nostra seueritate.

Altera inuidiosa, & ironica, quæ reus in in- uidiâ adducitur, Synathroismon enim habet maiorum criminum, quæ omnino con- cedi non possunt, & tamen videtur præterire, vt nocentissimum hominem ostendat. Sic, *3. Verr. II.* *12.* rum esto; nihil est, quod non emi possit, si tan- tum des, quantum velit venditor, spolie- mus orbem terrarum, vendamus vestiga- lia, effundamus ærarium, vt locupletatis, aut inuidiæ, aut pestilentie possessoribus, agri tamen emanant. Quid tum, quæ erit in istos agros deductio?

Tertia grauis, cum aganactesi, vt in Milone de Clodio. Excitate, excitate eum si potestis *Cic. pro* ab inferis, frangatis impetum viui, cuius vix *Milone.* sustinetis furias insepulti.

Permissio est, vt illa in 7. Verrina. Perfica frontem, & dic te digniorem, qui consul fie- res, quam Catonem.

*Ironia, Epiphesis, Apopsepsis, Allgoria.* Ironia, vna est breuis, & faceta vt cum La- *Varij modi* mia deformis interpellaret. Audiamus, in- *ironia* quit Crassus, pulchellum puerum, at ille bel- le retorsit, non potui formam ipse fingere, in- genium potui.



Cicero in Pisonem. Ironia ampla, & festiva species.

Alia fusa, & magnifica, ut illa in Pisonem, qui triumphum contemnebat. Non est integrum Cneo Pompeio consilio iam uti tuo, extravit enim, non gustarat istam tuam Philosophiam, ter iam homo stultus triumphavit. Crasse pudet me tui, quid est, quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, priusquam in illum errorem induceremini. C. ipsi Pontino necessario meo iam non est integrum: religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consilij. Patres istorum amborum consulum, qui triumpharunt. Et postquam satis lustrat, mactat hominem exclamatione. O tenebrae! o lutum! o sordes!

Demost. in orat. de Corona.

Tertia amarulenta, quae dicitur Sarcasmos videt, & pungit, ut Vespa. Talia sunt illa Demosthen. *ὁλοσαρκικός πῖθος, ἀρεσπέος οὐ νόμος, πρῶτον ὄντως.* Tragica Simia, rusticus Oenomaus, adulterinus Rhetor.

Epiplexis, est grauior quaedam increpatio apta Demosthenis grauitati; qualis est illa *ἢ ἂν ὦ ταλαίπωρε (σκοφανταίς) ἢ λόγους πᾶσις; ἢ σαυτὸν ὁδὸν ἠλεβορίζεις, ἐπὶ τῶν τοῖς.* Quid igitur o miser calumniaris, quid mendacia fingis: quid elleboro te non pugas.

In hoc genere plerumque valet Apostrophe, Allegoria, Epanorthosis.

Apostrophe usus.

Apostrophe est reticentia, cuius usus triplex est. Vel enim reticetur propter obscenitatem, ut in illo Virgilij:

*Nonimus, & qui te.*

Vel propter *δυσφημίαν*, quod mali omnino esse videatur.

Sed Vlpianus i. Philipp. notat Demosthenem de industria Philippi verba intermittere, ne mala auis interueniat.

Vel propter grauitatem, nam, ut ait Demetrius. Quae latent grauiora putantur. Tale est i. lud Iuuenalis.

*Maiores primus quisquis fuit ille tuorum, aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.*

Demetrii

Phalerei de Allegoria, ad terrorem inueniendum est allegoriatu aprillina adyto, aut nocti simillima, nescio quid habet horrois, quia, quae minus viden-

tur, magis timentur: omnia mysteria sunt Allegorij velata ad grauitatem, & horrorem. Grauius dixit Dionysius Locris, vastitatem minitans, [nunc Cicadae apud vos in nudo cantabunt solo, Iquam si rem dixisset apertius, iracundior visus esset, & minus metuendus. Sed cauendum a continuata Allegoria, ne videamur anigmata facere. Hec Demetrius.

Correctio.

Correctio vna est mordax, ut: quod quidem facerem vehementius, nisi mihi intercederet inimicitiae cum istius mulieris viro: fratrem volui dicere, semper hic erro. Et: Quae verò conuiuia honesta credo in eiusmodi domo, si domus habenda est potius, quam officina nequitiae, & diuersorium flagitiorum omnium.

Correctio varia species. Pro Caelo n. 32. Pro Rosc. Amer. n. 134. Pro Sext. n. 110.

Alia vehemens cum Anadiplosi: cui benedixit vnquam bono: benedixit, immò, quae fortem, & bonum ciuem non petulantissime insectatus est.

Alia leuior per addubitationem, & moderationem. Constantiam dico, nescio, an melius patientiam possem dicere. Et: patrimonium effudit, quamquam non sumus vsi eo verbo, quo decuit, non enim effudit, sed in salure reipub. collocauit.

Pro Lig. 26. Phil. 1. num.

De tertia Serie figurarum in ascriptis.

CAPVT XXV.

Figuras claudunt exornationes sententiarum omnium illustrissimae. Exclamatio, Imprecatio, Sermocinatio, Prosopopeia, Apostrophe, Aporia, quibus nihil ad affectus mouendos potentius, sed tamen si frequentius adhibeantur, & in leui materia nihil miserabilius.

Exclamatio, alia acuta, & breuis, ut, Quae nam, malum, est ista voluntaria, seruitus: fuerit quaedam necessaria.

Exclamationis varij modi.

Alia fusa, & plena, quae tot generibus distinguitur, quot sunt affectus.

Auerfionis, & horrois, o scelus! o portentum in vltimas terras exportandum!

Alia admirationis cum laude, ut: o ciuem natum reip. memorem sui generis, imitatorumque maiorum. Et illa caespitola Iuliani tota in exclamatione. *ὦ λόγε, ὦ φρένες, ὦ σῦνες, ὦ διαί-*